

Hamberg.

P. I. 9 fol. 109.

Faffe' nr. 2613.

Epist. V 594.

Deo quartus Lothario et Lodonico augustis.

Creata ecclesia que per tot temporum spacia pastoralibus
curis destituta consistit dignum est ut brachio amplitudinis
vestre sublevetur ac gubernationis tegmine protegatur. Un-
de salutationis alloquio premisso vestram magnitudinem
deprecamur quatenus Coloni humili diacono eandem eccle-
siam ad regendum concedere dignemini, ut vestra licen-
tia accepta ibidem eum deo adiuvante consecrare vale-
amus episcopum. Sin autem in predicta ecclesia volu-
eritis ut proficiatur episcopus seculariam ecclesiam
que viduata existit illi vestra serenitas dignetur con-
cedere, ut consecratus a nostro presulatu deo omni po-
tenti vestroque imperio quatenus peragere valeat.